UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XIII. Christus Dominus non habet vigilantes secum aut sibi co[m]patientes discipulos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68313

Visual Library

*ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora: & dixit, Abba Pa-
ter, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc
à me. ſed nō quod ego volo ſed quod tu.* Luc. 21. 41. 42.
*Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapi-
dis, & poſitus genibus orabat, dicens. Pater ſi vis,
transfer calicem iſtum a me: veruntamen non mea
voluntas, ſed tua fiat.*

CAPVT XIII.

Chriſtus Dominus non habet vigilantes ſecum, aut ſibi compatientes diſcipulos.

FIGVRA. Ioſeph venditus à fratribus ſuis Iſmaelitis, ducitur in Aegyptum, ab omnibus fratribus ſuis derelictus. Geneſ. 37. 38. *Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eum Iſmaelitis viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.*

PROPHETIAE. Pſalm. 68. 18. 19. 20. 21. *Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miſeriam.* Pſalm. 141. 5. *Conſiderabam ad dexteram & videbam; & non erat qui cognoſceret me.*

VERITAS. Matth. 26. 40. 41. *Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: ſic non potuiſtis vna hora vigilare me-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eum. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Verſ. 43. 44. *Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò eundem ſermonem, dicens.* Verſ. 45. *Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Similia Marc. 14. 37. 38. 39. 40. 41. 42. Et Luc. 22. 45. 46.

CAPVT XIV.

Chriſtus in agonia conſtitutus, confortatur ab angelo.

FIGVRAE. 1. Angelus Domini adeſt ſacrificanti Abrahæ. Geneſ. 22. 11. *Et ecce angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: adſum.*

2. Idem adeſt Moyſi educturo filios Iſraël ex Aegypto. Exod. 3. 2.

3. Similiter Ioſue in pugna ſua. Ioſ. 5. 13. 14. *Cùm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit. Nequaquam: ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio.*

4. Similiter Gedeoni. Iud. 6. 11. 12.

5. Præcedit etiam Iudam Machabæū pugnaturū contra Lyſiam. 2. Mach. 11. 8. 9. *Cumq; pariter*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN